Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 631
Quelle:
Copyright:

raginem potius esse aliorum Scriptorum latinorum discs e *Fabricii Bibl. med. Lat.* T. V. *h. v.*

VIII. *fol.* 128. *Stella Clericorum.* Indicata saepe, ut Index docet.

IX. *fol.* 150. p. 2. *Tractatus de Confessione*, qui incipit: *Quoniam circa confessionem sunt pericula animarum — Ideo ego Innocencius secundo nomine episcopus — compilavi* &c. Articulis XVI. constat, quorum primus: *Quo tempore incepit confessio.* Methodus scholastica. Autor, mihi saltem, ignotus.

CCIII.

VI. B. 19 72 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 142. f. nitide scriptus et rubricatus complectitur S. *Hilarii Pictavorum Antistitis*, qui Sec. IV. Latinorum primus calamum in Arianos strinxit, *Opera*, et quidem I. *Libros XII. de Trinitate.* Praecedit *Hilarii* elogium e variis Epistolarum *Hieronymi* locis contextum hoc initio: *Quantus inter aecclesiasticos Scriptores Catholicos et apostolicos doctores Hylarius pictauiensis ecclesie presul effulsit. diuine legis singularis interpres Hieronimus memorię fidelium commendare multipliciter studuit* &c. Sequitur *Carmen*, Venant. Fortunati quod, cum in editis Exemplaribus non inveniam, huc transtuli, insertis conjecturis, mutatoque distichorum ordine, qui in *Cod.* perturbatus adparet.

Hylarium queris quis sit cognoscere lector.
Allobroges referunt. pictauos (Pictáuis, Pictăuio?) *genitum.*
Inprobus ut uidit plebes quod scinderet error.
Grecorum uiros (uirus) *protulit in medium.*
Vipereo promunt semper qui ex corde uenena.
Filius ut dicant. quia est creatura dei.
Quis (queis) *magis auxilium prestat sapiencia mundi.*
De ingenito genitum. quę negat esse deum.
Quam male complexus cupiens calcare prophetas.
Arrius infelix. cum retinet crepuit.
Egregius doctor. ueterum monimenta secutus.
Quem stephanus uidit. comprobat esse deum.
In patre qui (omni) *potens deus est cognoscere natum*
Diuinum tantum. uocibus insinuat.
Victus amore dei. contempto principe mundi.
Intemerata fides. pertulit exilium.
Perpetuum lumen cristum dominumque deumque
Bissenis populos. edocet esse libris.

Hoc